INCIPIT LIBER TERTIUS

SATIS ABUNDEQUE O PAULA ET
eustochium de argumento epistulae pauli ad
ephesios in primi libri praefatione disserui.
Et sparsim ubicumque occasio data est. lic&
breuiter ostendi. quod beatus apostolus ad nul
lam ecclesiarum tam mystice scribserit. & absc(on)dita
saeculis reuelauerit sacramenta. Nunc ergo q(uo)n(iam) ora
tionum uestrarum. & s(an)c(t)ae marcellae fultus auxilio. ter
tium id est extremum in eandem epistolam dicto libru(m).
Iustum mihi uid&ur. ut nominis quoque ipsius &oemolo
giam. cum sensu quem supra exposui. congruere doce
am ephesis. in latinam linguam interpr&atur uolun
tas. siue consilium meum in ea. uel certe anima mea in ea.
uoluntas. & consilium. & anima d(e)i in eo est. qui potest di
cere. Ipse enim mihi dedit notitiam omnium. & cum
in certa & occulta sapientiae d(e)i illi fuerit reuelata.
testimonium consequ&ur loquentis. Inueni dauid
de b&hleem filium iessae. uirum secundum cor meu(m).
qui faciat omnes uoluntates meas. Istius modi uiru(m).
& osee proph&a significat dicens. Quis sapiens & intel
legit haec. & (prudens) agnosc& ista. Porro ut sciatis multam
esse distantiam iusti simplicis. iusti que sapientis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dbk_cod58/0142